AVDI Deus vocem meam, cum supplicabo tibi, & à timore inimicorum meorum custodi me. Abscondе me à perversitate mali, & à conversatione operantium iniquitatem. Qui acuerunt linguā suam, sicuti gladium: & verbum suum sicuti sagittam. Ad jaciendum in abscondito in perfectum: derepente jacient in eum, ac non videbuntur. Et roborarunt verbum suum malum: & cogitarunt abdere laqueos: ac dixerunt, quis videt nos? Cogitarunt iniquitatem; & consumpti sunt. ad investigandum ab interiori filij hominis, & à corde ejus profundo.

in vita mea, & in nomine tuo levabo manus meas. Sicut adeps & pinguedo pinguescet anima mea; & labijs celebrationis laudabit te os meum. Recordatus sum tui super strato meo, & in noctibus meditatus sum te. Propterea quod fuisti mihi adjutor: & in umbra alarum tuarum laudabor. Egressa est anima mea post te: & super me innititur dextra tua. Ipsi quæsiverunt ut perderent animam meam. ingredientur in inferiora terræ. Tradentur gladio, & cibus vulpibus erunt. Et rex lætabitur in Deo: & gloriabitur omnis qui jurat per eum. quia obturabitur os mendacium.

8 15 Exaltabitur Deus & jaciet in eos ſagit-
9 tas derepente. 16 Et debilitabuntur linguæ eorum. 17 ac timebunt omnes vi-
10 dentes eos. 18 Et timebunt omnes filij hominis. 19 ac annuntiabunt opera Dei; 20 & opus manuum ejus conſi-
11 derabunt. 21 Lætabuntur juſti, in Domino. & confident ſuper eo: 22 & celebrabunt eum omnes recti corde.

PSAL. LXV.

Verſuum XXX.

2 1 TIBI convenit laus, Deus in
3 Tſijon. 2 & tibi præſtatur votum. † audi orationem meam.
4 3 ad te omnis caro veniet. 4 Verba iniquitatum fortia ſunt
5 præ me. 5 & peccata mea, tu condonabis ea. 6 Felicitates ſuæ
6 (ſunt) ei in quo tu complacentiã habes:

7 & offers tu ei ut habitet in habitaculo tuo. 8 & ſaturabitur de bonis domus tuæ. 9 & de ſanctitate templi tui, 10 & de juſtitia tua ter-
6 ribili. 11 reſponde mihi Deus, ſalvator noſter: 12 ſpes omnium finium terræ; 13 & populorum longinquorum.
14 Stabiliens montes 7 fortitudine ſua; & roboratus potentiâ ſuâ.
15 Compeſcens fluctus marium, & ſonitum undarum eo-
8 rum. 16 turbabuntur gentes, † & ti-
9 mebunt habitatores terræ, 17 à ſignis tuis, & ab exitu auroræ ac veſperæ. 18 in laude † recordatus es terræ.
10 19 tranquillam reddediſti eam: & multitudine locupletaſti eam. 20 rivi Dei pleni (ſunt) aquis. 21 paraſti cibum eorum cum

11 ſtabilires eam. [22] Sulcos ejus rigaſti, ut multiplicarentur fructus ejus. [23] guttis creſcit herba ejus, & benedictionem acci-
12 pit. [24] Benedic coronæ anni, benignitate tua. [25] & vituli tui ſatu-
13 rabuntur herba. [26] Et ſaturabuntur ex habitaculis deſerti. [27] gloriâ colles accingentur,
14 [28] & induent pinguia pecorum. [29] ac valles replebuntur frumento, [30] atque exultabunt, & celebrabunt.

PSAL. LXVI.

Verſuum XXXV.

2 1 LAVDATE Deum tota terra: [2] pſallite gloriam nominis ejus: pſallite gloriam laudis ejus. [3] Dicite
3 Deo, Quam terribilia (ſunt) opera tua! [4] nam in multitudine fortitudinis tuæ mendaces efficientur tibi

hoſtes tui. [5] In tota 4
terra adorabunt te: & pſallent te: [6] ac laudabunt nomen tuum in ſecula. [7] Et dicent, 5
Venite, videte opera Dei, [8] cujus multa ſunt mirabilia, ſupra filios hominis. [9] Qui 6
convertit mare in aridum. [10] & fluvium tranſiverunt à pede. [11] ibi lætabitur in ipſo, † is qui 7
Dominatur in fortitudine ejus in ſeculum. [12] oculi ejus gentes intuentur: [13] & rebelles non elevabuntur in ſeculum.
[14] Benedicite populi Deo: [15] & audiri facite vocem laudis ejus. [16] Qui po- 8
ſuit animam noſtram in vitam, [17] & non dedit pedem noſtrum nutationi. [18] Quo- 10
niam exploraſti nos Deus; & probaſti nos,
[19] ſicuti probant

11 argentum. 20 Introduxisti nos in rete, & fecisti angustiam in lumbis nostris. 21
12 Vehi fecisti hominem super capite nostro. 22 ingredi fecisti nos in ignem, & in aquam, & eduxisti nos in relaxationem. 23 Veniam
13 domum tuam, cum gloria, & solvam tibi vota mea; 24 id
14 quod aperuit labia mea; 25 cum loqueretur os meum, in
15 angustiâ. 26 Incensa pinguia ascendere faciam tibi, cum suffitu arietum: 27 & faciam tauros ac hir-
16 cos. 28 Venite, audite, & narrabo vobis, 29 omnes servi Dei; 30 id quod fecit animæ meæ. 31
17 Ore meo invocavi eum; & respondit mihi & exaltavi eum linguâ meâ. 32 Iniquitatem si vidisti in cor-
18 de meo, ne salva me,
19 Domine. 33 Tunc audivit Deus vocem petitionis meæ.

34 Benedictus est Dominus, 35 qui non removit orationem meam, & benignitatem suam à me.

PSAL. LXVII.

Versuum XIIII.

1 DEus misereatur super nobis: 2 benedicat nobis: & illuminet facies suas in nobis. 3 Vt noscamus in
3 terra vias ejus, 4 & in omnibus gentibus salutem ejus. 5 Cele-
4 brent te populi Deus.
6 celebrent te populi omnes. 7 Lætentur,
5 & celebrent regna, 8 quoniam judicas populos rectè. 9 & regna gubernas in terra. 10
6 Celebrent te populi Deus, 11 celebrent te populi omnes. 12 Ter-
7 ra dedit fructus suos.
13 benedicat nobis deus, deus noster,
8 † & benedicat nobis

deus. [14] & timeant ab eo omnes fines terræ.

PSAL. LXVIII.

Versuum LXXVII.

2 [1] EXVRGET Deus, & dispergentur omnes inimici ejus; [2] & fugient odio habentes eum, à con- 3 spectu ejus. [3] Vt evanescit fumus, evanescent: [4] & ut liquescit cera, à con- 4 spectu ignis, [5] peribunt impij, a conspectu Dei. [6] Et justi lætabuntur, & confortabuntur coram Deo: [7] ac lætabuntur cum 5 hilaritate ejus. [8] Psallite Deo, & laudate nomen ejus. [9] laudate eum, qui vehitur occidente. Dominus (est) nomen ejus. [10] confortami- 6 ni coram † patre pupillorum, & judice viduarum. [11] Deus (est) in habitaculo suo sancto.

[12] Deus sedere facit 7
unicum in domo. [13]
& educit vinctos in
compedibus. [14] & re-
belles habitabunt in-
ter sepulchra. [15] Deus 8
cum egredereris ante
populum tuum, [16]
& cum transires in
deserto † terra con- 9
tremuit: [17] etiam
cæli distillaverunt, [18]
à conspectu Dei: hic
mons Sinai, [19] a con-
spectu Dei, Dei Is-
raelis. [20] Pluviam 10
benevolentiæ dedisti,
Deus, in hæreditatem
tuam. [21] debilitata
fuit; & tu confirmasti
eam. [22] Et animalia 11
tua habitant in ea.
[23] confirmasti beni-
gnitate tua miseros,
Deus. [24] Dominus 12
dabit verbum evange-
lij, cum virtute multa.
[25] Reges virtutum 13
congregabuntur. [26] &
pulchritudo domus
tuæ dividet spolium.

14 [27] Si dormiatis inter
stimulos. [28] pennæ
columbæ quæ (sunt)
obductæ argento, [29]
& alæ ejus, auro pu-
15 ro. [30] Cum segrega-
ret Deus reges in eâ,
albuisti ut nix, [31] in
16 Tsalmon † monte
Dei. [32] montes Bi-
sanis, montes Ge-
benjam. [33] montes
17 Bisanis, † quid vul-
tis vos montes Ge-
benjam? [34] mons,
quem elegit sibi Deus,
ut sedeat in eo, [35]
Dominus habitabit in
18 eo in seculum. [36] Ve-
ctus est Deus myria-
dibus, & millibus ex-
ercituum, [37] Do-
minus in ijs, Sinai
in sanctitate ejus.

SECTIO.

19 [38] Ascendisti in alti-
tudinem, & captivasti
captivitatem. [39] de-
disti dona filijs homi-
nis. [40] & etiam rebel-
les non habitabunt

coram Deo. [41] Bene- 20
dictus est Dominus,
in omni die: qui ele-
git nos hæreditatem
suam. [42] Deus (est)
salus nostra, † Deus 21
est salvator noster.
[43] Dominus Deus
est Dominus mortis,
& exitus. [44] Certe 22
Deus abscindet caput
hostium suorum: [45]
vertices crinis co-
rum qui ambulant in
peccatis suis. [46] Dixit 23
Dominus, Ex me-
dio ferarum educam;
[47] & reducam ex
profunditatibus ma-
ris. [48] Vt intingatur 24
pes tuus in sanguine,
[49] & linguæ canum
tuorum, ab hostibus
tuis. [50] Viderunt itine- 25
ra tua Deus. [51] itinera
Dei mei, & regis mei
sancti. [52] Prævenerunt 26
Principes post cele-
bratores; [53] inter puel-
las quæ pulsant tym-
pana, † incõventibus. 27

ܩܠܐ ܕܥܫܝܢܐ ܀ 71 ܗܒܘ
ܠܡܫܒܚܘܬܐ ܠܐܠܗܐ :
72 ܘܠܐܝܣܪܐܝܠ ܪܒܘܬ ܝܐܝܘܬܐ :
73 ܕܥܘܫܢܗ ܒܫܡܝ ܫܡܝܐ ܀
74 ܕܚܝܠ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܡܢ
ܡܩܕܫܟ : 75 ܐܠܗܗ
ܕܐܝܣܪܐܝܠ : 76 ܗܘ ܢܬܠ
ܚܝܠܐ ܘܥܘܫܢܐ ܠܥܡܗ :
77 ܒܪܝܟ ܗܘ ܐܠܗܐ ܀

ܡܙܡܘܪܐ ܕܣܦܪ
ܦܬ ܥܓ ::

1 ܦܪܘܩܝܢܝ ܐܠܗܐ ܡܛܠ
ܕܡܛܘ ܡܝܐ ܥܕܡܐ ܠܢܦܫܐ ܀
2 ܛܒܥܬ ܒܗܘܬܐ ܥܡܝܩܬܐ
ܘܠܝܬ ܒܗ ܒܝܬ ܩܝܡܐ :
3 ܥܠܬ ܠܥܘܡܩܐ
ܕܡܝܐ ܘܨܡܪܬܐ ܛܒܥܬܢܝ ܀
4 ܠܐܝܬ ܒܩܪܝܝ ܘܚܪܬ
ܓܓܪܬܝ : 5 ܓܙܝ ܥܝܢܝ
ܟܕ ܡܣܟܐ ܐܢܐ ܠܐܠܗܝ ܀

vocem fortem. 71
Date laudem Deo: 35
72 & Israeli magni-
ficentiam splendoris.
73 quoniam fortitu-
do ejus (est) in cæ-
lis cælorum. 74 Ter- 36
ribilis es Deus à san-
ctuario tuo. 54 Deus
Israelis, 76 ipse da-
bit fortitudinem, &
robur populo suo. 77
benedictus est Deus.

PSAL. LXIX.

Versuum LXXIII.

1 SERVA me Deus; 2
quoniam perve-
nerunt aquæ usque ad
animam. 2 Immersus 3
sum in abyssum pro-
fundam, & non est in
ea locus stationis. 3 in-
gressus sum profundi-
tatem aquarum; &
gurges submersit me.
4 Defessus sum cla- 4
more meo: & ex-
arsit guttur meum.
5 defecerunt oculi
mei, dum respicio ad
Deum meum.

54 benedicite Domi-
no Deo à fonti-
28 bus Israelis. 55 Il-
lic (est) Benjamin
parvulus, in tranquil-
litate. 56 princi-
pes Iehudæ, & do-
minatores eorum:
57 principes zebulun,
& principes Naph-
29 thali. 58 Præcipe
Deus fortitudini tuæ.
59 & fortifica Deus
hoc quod præparasti
30 nobis. 60 A tem-
plo tuo ad Ierusalem,
61 tibi afferent reges
31 oblationes. 62 In-
crepa feram cannæ;
63 congregationem
taurorum; 64 vi-
tulos populorum qui
vestiti sunt argento.
65 dispersit populos
qui volunt bellum.
32 66 Venient legati ex
Aegypto. 67 & Ae-
thiopia tradet ma-
33 num Deo. 68 Re-
gna terræ celebrate
Deum: 69 psalli-
34 te Dominum † qui
vehitur cælis cælo-
rum. 70 ab oriente
dedit vocem suam,

54 ܒܪܟܘܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܢ
ܡܒܘܥܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܀
55 ܬܡܢ ܒܢܝܡܝܢ ܙܥܘܪܐ
ܒܫܠܝܐ : 56 ܪܘܪܒܢܐ ܕܝܗܘܕܐ
ܘܫܠܝܛܝܗܘܢ : 57 ܪܘܪܒܢܐ
ܕܙܒܠܘܢ ܘܪܘܪܒܢܐ ܕܢܦܬܠܝ
܀ 58 ܦܩܘܕ ܐܠܗܐ ܥܘܫܢܟ :
59 ܘܐܥܫܢ ܐܠܗܐ ܠܗܕܐ ܕܥܒܕܬ
ܠܢ ܀ 60 ܡܢ ܗܝܟܠܟ ܠܐܘܪܫܠܡ :
61 ܠܟ ܢܝܬܘܢ ܡܠܟܐ ܩܘܪܒܢܐ ܀
62 ܟܐܢ ܒܚܝܘܬܐ ܕܩܢܝܐ :
63 ܟܢܘܫܬܐ ܕܐܪܘܢܐ : 64 ܥܓܠܐ
ܕܥܡܡܐ ܕܩܪܝܡܝܢ ܒܣܐܡܐ :
65 ܒܕܪ ܥܡܡܐ ܕܨܒܝܢ ܩܪܒܐ ܀
66 ܢܐܬܘܢ ܐܝܙܓܕܐ ܡܢ ܡܨܪܝܢ :
67 ܘܟܘܫ ܬܫܠܡܝܢ ܐܝܕܐ ܠܐܠܗܐ ܀
68 ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܪܥܐ ܫܒܚܝܢ
ܠܐܠܗܐ : 69 ܙܡܪܘ ܠܡܪܝܐ
ܕܪܟܝܒ ܒܫܡܝ ܫܡܝܐ :
70 ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܝܗܒ ܩܠܗ

ܢܦܫܝ ܒܨܘܡܐ ܘܗܘܝܬ
ܠܗܘܢ ܠܚܣܕܐ ܀ 21 ܥܒܕܬ
ܠܒܘܫܝ ܣܩܐ ܘܗܘܝܬ
ܠܗܘܢ ܠܡܬܠܐ ܀ 22 ܘܪܢܘ
ܒܝ ܐܝܠܝܢ ܕܝܬܒܝܢ ܒܬܪܥܐ:
23 ܘܪܢܘ ܒܝ ܐܝܠܝܢ ܕܫܬܝܢ
ܫܟܪܐ ܀ 24 ܘܐܢܐ ܨܠܝܬ
ܩܕܡܝܟ ܡܪܝܐ ܒܙܒܢܐ
ܡܩܒܠܐ: 25 ܐܠܗܐ ܒܣܘܓܐܐ
ܕܛܝܒܘܬܟ ܥܢܝܢܝ:
26 ܘܒܣܘܓܐܐ ܕܦܘܪܩܢܟ
ܦܨܢܝ: 27 ܡܢ ܣܝܢܐ ܕܠܐ ܐܬܒܥ:
28 ܘܐܬܦܨܐ ܡܢ ܣܢܝܐ ܘܡܢ
ܥܘܡܩܐ ܕܡܝܐ ܀ 29 ܠܐ
ܬܬܒܥܢܝ ܨܡܪܬܐ ܕܡܝܐ:
30 ܘܠܐ ܬܒܠܥܢܝ ܗܘܬܐ: 31 ܘܠܐ
ܬܐܣܘܪܝ ܥܠܝ ܒܐܪܐ
ܦܘܡܗ ܀ 32 ܥܢܝܢܝ ܡܪܝܐ
ܡܛܠ ܕܛܒܐ ܗܝ ܛܝܒܘܬܟ:
33 ܘܒܣܘܓܐܐ ܕܪܚܡܝܟ

animam meam jejunio; & fui ipsis in
opprobrium. 21 Feci 12
vestimentum meum
saccum: & fui ijs in
parabolam. 22 Et 13
meditati sunt de me
ij qui sedent in porta:
23 & meditati sunt
de me ij qui bibunt
siceram. 24 Et ego 14
oravi coram te Do-
mine, in tempore ac-
cepto. 25 Deus in
multitudine benigni-
tatis tuæ, responde
mihi. 26 & in mul-
titudiue salutis tuæ
† erue me, 27 è lu- 15
to, ut non immer-
gar: 28 & liberer
ab odio habentibus
me, & à profundi-
tate aquarum. 29 Ne 16
submergat me gur-
ges aquarum; 30 &
ne absorbeat me a-
byssus; 31 & ne
claudat super me pu-
teus os suum. 32 Re- 17
sponde mihi Domi-
ne quoniam bona est
benignitas tua: 33 &
in multitudine mise-
ricordiæ tuæ

5 6 Multiplicati sunt
præ pilo capitis mei
hostes mei immeritò.
7 ac roborati sunt præ
ossibus meis hostes
mei falsò. 8 quod
non rapui iniquè, red-
6 dens fui. 9 Deus
tu nosti delicta mea;
10 & peccata mea à
te non fuerunt ab-
7 scondita. 11 Ne pude-
fiant in me ij qui spe-
rant in te, 12 Do-
mine Deus potens.
13 & ne confundan-
tur in me, ij qui quæ-
runt te Deus Israelis.
8 14 Propter te accepi
opprobrium; 15 &
operuit pudor facies
9 meas. 16 Extra-
neus fui fratribus
meis; 17 & pere-
grinus filijs matris
10 meæ. 18 Quoniam ze-
lus domus tuæ com-
edit me: 19 & pro-
brum exprobrantium
tibi cecidit super me.
11 20 Humiliavi

6 ܣܓܝܘ ܡܢ ܣܥܪܐ ܕܪܫܝ
ܒܥܠܕܒܒܝ ܕܡܓܢ:
7 ܘܥܫܢܘ ܡܢ ܓܪܡܝ
ܒܥܠܕܒܒܝ ܕܫܘܩܪܐ:
8 ܡܕܡ ܕܠܐ ܛܠܡܬ ܡܦܢܐ
ܗܘܝܬ ܀ 9 ܐܠܗܐ ܐܢܬ ܝܕܥ
ܐܢܬ ܣܟܠܘܬܝ: 10 ܘܚܛܗܝ
ܡܢܟ ܠܐ ܐܬܟܣܝܘ ܀ 11 ܠܐ
ܢܒܗܬܘܢ ܒܝ ܐܝܠܝܢ
ܕܡܣܒܪܝܢ ܒܟ: 12 ܡܪܝܐ
ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ: 13 ܘܠܐ
ܢܚܦܪܘܢ ܒܝ ܐܝܠܝܢ ܕܒܥܝܢ
ܠܟ ܐܠܗܗ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܀
14 ܡܛܠܬܟ ܩܒܠܬ ܚܣܕܐ:
15 ܘܟܣܝܬ ܒܗܬܬܐ ܠܐܦܝ ܀
16 ܢܘܟܪܝܐ ܗܘܝܬ ܠܐܚܝ:
17 ܘܐܟܣܢܝܐ ܠܒܢܝ ܐܡܝ ܀
18 ܡܛܠ ܕܛܢܢܗ ܕܒܝܬܟ
ܐܟܠܢܝ: 19 ܘܚܣܕܐ ܕܡܚܣܕܢܝܟ
ܢܦܠ ܥܠܝ ܀ 20 ܡܟܟܬ

reſpice ſuper me.
18 34 Et ne averte facies tuas à ſervo tuo.
35 quoniam anguſtia eſt mihi. celeriter reſponde mihi.
19 36 Fac accedere animam meam ad ſalutem tuam. 37 propter hoſtes meos ſalva me. 38 Tu cognoſcis probrum meum,
20 39 & pudorem meum coram omnibus inimicis meis.

SECTIO.

21 40 Sana rupturam cordis mei, & obliga. 41 exſpectavi qui condoleret ei, & non fuit; 42 & conſolantes, & non inveni.
22 43 Dederunt in cibum meum amaritudines: 44 & in ſiti mea acetum dederunt mihi bibendum.
23 45 Sit menſa eorum coram ipſis laqueus, 46 & retributio eorum, in offendiculum. 47 Obtenebrentur oculi eorum, ne videant,

48 & dorſum eorum in omni tempore ſit incurvatum. 49 Effunde ſuper eos iram tuam: 50 & furor iræ tuæ comprehendat eos. 51 Sit do- 25
mus habitaculi eorum deſolata: 52 & in tabernaculis eorum ne ſit qui habiet. 53 Propterea 27
quod eum quem tu percuſſiſti perſequuti ſunt: 54 & addiderunt ad dolorem occiſi. 55 Da iniqui- 28
tatem ſuper iniquitatem eorum: 56 & ne ingrediantur in juſtitiam tuam. 57 De- 29
leantur è libro tuo vitæ: 58 & cum juſtis tuis ne ſcribantur. 59 Et ego pau- 30
per ſum ac dolens. 60 ſalus tua Deus juvit me. 61 Lau- 31
dabo nomen Dei celebratione: 62 & magnificabo eum confeſſione. 63 Placebo Domino præ 32
juvencis ſaginatis, 64 cornutis, & ungulatis.

33 [65] Viderunt pauperes ac lætati sunt: & vivat cor vestrum.
34 [66] Quoniam audit Dominus pauperes; [67] & vinctos suos non
35 despicit. [68] Laudent eum cælum & terra, [69] & maria, & omne
36 quod repit in ijs. [70] Quoniam Deus servat Tsijonem; [71] & ædificat civitates Iehudæ: [72] ut habitent
37 in ea † servi ejus, & hæreditent eam; [73] ac diligentes nomen ejus incolant eam.

PSAL. LXX.

Versuum. XII.

2 [1] DEvs salva me: ad auxilium meum
3 mane. [2] Pudefiant, & confundantur ij qui quærunt animam meam. [3] convertantur retrorsum, & pudefiant, [4] illi qui volunt malum meum.

4 [5] Obstupescant duplicationem confusionis suæ, [6] ij qui dixerunt contra me, euge, euge. [7] Gau-5 deant in te omnes quærentes te. [8] & dicant in omni tempore, quod magnus est Deus, [9] illi qui diligunt salutem tuam.
6 [10] Et ego pauper sum, ac miser, Deus; remane mihi. [11] adjutor meus (es) tu, & salvator meus. [12] Deus mi ne tarda.

PSAL. LXXI.

Versuum L.

1 [1] IN te Domine speravi: ne pudefiam in seculum. [2] & in justitia tua erue me.
2 [3] Inclina ad me aurem tuã, & serva me.
3 [4] Esto mihi domus habitationis, quam ingrediar in omni tempore. [5] & præcipe ad servandum me.
[6] quoniam tu

es domus refugij mei
& domus munitionis
4 meæ. 7 Deus erue me
à manu impij. 8 & à
manu improbi mali.
5 9 Quoniam tu es
ſpes mea Domine.
10 Deus eſt fiducia
mea, inde à pueritia
6 mea. 11 Quia ſu-
per te innixus ſum
ab utero, 12 & a vi-
ſceribus matris meæ
tu es fiducia mea.
13 te laudavi in omni
tempore. 14 Por-
7 tentum fui multis.
15 quia tu es fiducia
8 mea fortis. 16 Re-
plebitur os meum
laude tua; 17 & toto
die magnitudine tua.
9 18 Ne reijcias me, in
tempore ſenectutis:
19 & cum defecerit
robur meum, ne de-
10 relinque me. 20 Quia
dixeruut contra me
inimici mei. 21 &
ij qui obſervant ani-
mam meam,

22 conſultarunt ſimul,
† & dixerunt. 23 Deus 11
dereliquit eum; per-
ſequimini eum, &
prehendite eum: 24
quia non eſt ei eru-
tor. 25 Deus ne elon- 12
geris à me. 26 Deus
ad auxilium meum
mane. 27 Pude- 13
fiant & confundantur
ij qui adverſantur ani-
mæ meæ. 28 operian-
tur pudore ij qui vo-
lunt malum meum.
29 Ego autem in o- 14
mni tempore orabo:
& adijciam ad laudes
tuas. 30 Os meum nar- 15
rabit juſtitiam tuam;
31 & toto die laudes
tuas. 32 propterea quod
non novi literas. 33
Ingrediar in fortitudi- 16
nem Domini. 34 & re-
cordabor juſtitiæ tuæ
ſolus. 35 Deus eſt eru- 17
ditio mea, inde a pue-
ritia mea, & uſque
nunc: 36 ut annun-
tiem mirabilia tua.

18 37 Vsque ad canitiem, & senectutem, ne derelinque me; 38 donec annuntiem brachium tuum, & fortitudinem tuam, generationi 19 quæ venit. 39 Iustitia tua Deus (est) usque in excelsum. 40 & magna (sunt) quæ fecisti Deus. quis est si- 20 cuti tu? 41 Qui ostendisti mihi angustiam multam, & malam; 42 & reversus es, ac vivificasti me. 43 etiam ex voragine terræ reverteris, facies ascen- 21 dere me. 44 Multiplicasti magnitudinem meam, & reversus es, ac consolatus 22 es me. 45 Etiam ego cõfitebor tibi citharâ: & veritatem tuam psallam. 46 Deus psallam tibi citharâ, 23 sancte Israelis. 47 Et celebrabũt labia mea, cum psallam tibi; & anima mea quam e- 24 ripuisti. 48 Et lingua mea toto die confitebitur in justitiâ tuâ,

49 ut pudefiant, & confundantur, 50 ij qui volunt malum meum.

PSAL. LXXII.

Versuum XLV.

1 DEVS da judicium tuum Regi, 2 & justitiam tuam filio regis, 3 Vt judicet populum tuum, in justitia, 4 & pauperes tuos in judicio. 5 Ferant montes pacem populo tuo; 6 & colles justitiam tuam. 7 ut judicet pauperes populi; 8 & servet filios afflictorum; 9 & humiliet oppressores. 10 Timebunt te cum sole; 11 & coram luna, in generationem generationum. 12 Descendet, sicuti pluvia super vellus: 13 & sicuti stillæ quæ descendunt super terram. 14 Orietur in diebus ejus justitia; 15 & multitudo pacis,

donec transeat luna. ✣
8 [16] Dominabitur à mari, ad mare: [17] & à fluminibus, usque ad terminos terræ.
9 [18] Ante eum genuflectent insulæ: [19] & inimici ejus pulve-
10 rem lingent. [20] Reges Tharsis, & insularum, [12] munera adducent ad eum. [22] Reges Shebæ, & Sabæ [23] munera offerent.
11 [24] Et adorabunt eum omnes reges: [25] & omnes gentes ser-
12 vient ei. [26] Propterea quod eruit miserum ab ijs qui (sunt) fortes præ eo; [27] & egenum, cui non est
13 adjutor. [28] Parcit pauperibus, & miseris. [29] & animas pauperum servat.
14 [30] A dolo & à

perversitate servat animas eorum. [31] prætiosus est sanguis eorum in oculis ejus.
[32] Vivet: & dabitur 15
ei de auro Shebæ: [33] & orabit pro eo in omni tempore: [34] & toto die benedicet ei.
[35] Erit tanquam mul- 16
titudo frumenti in terra. [36] in capite montium producet fructus ejus sicuti Libanus. [37] & florebit à civitate sicuti herba terræ. [38] Sit 17
nomen ejus in seculum. [39] & ante solem est nomen ejus. [40] benedicentur in eo omnes gentes: [41] & eæ omnes celebrabunt eum. [42] Be- 18
nedictus est Dominus Deus Israëlis, [43] qui facit mirabilia magna solus.

19 44 Et benedictum est nomen gloriæ ejus, in seculum. 45 implebitur gloriâ ejus tota terra. AMEN AMEN.

FINITVS EST LIBER II.

PSAL. LXXIII.

Versuum LI.

1 1 DEVS bonus (est) Israeli, & 2 mundis corde. 2 Et ego, parum declinantes fuerunt pedes mei. 3 & sicuti nihil effusi fuerunt gressus mei. 3 4 Quia zelavi in perversos, 5 cum viderem pacem impio- 4 rum. 6 Quoniam non est extremum morti eorum: 7 & multa est stultitia eo- 5 rum. 8 In labore hominum non sunt. 9 & cum filijs hominis non flagellan- 6 tur. 10 Propter hoc cepit eos contemptus. 11 & tecta fuit

perversitas eorum, & impietas eorum. 12 Et exijt sicuti adeps per- 7 versitas eorum: 13 & fecerunt secundũ cogitationem cordis. 14 Cogitarunt, & 8 loquuti sunt malum; 15 & oppressionem contra excelsum loquuti sunt. 16 Posuerunt os suum in 9 cælum: 17 & lingua eorum ambulat in terra. 18 Propterea revertetur po- 10 pulus meus huc: 19 & plene invenient sibi. 20 Et dicent quomodo cognoscit Deus? 11 21 & est scientia in excelso? 22 Ecce isti 12 impij (sunt) felices in mundo, 23 & fortes potentiâ. 24 Et 13 ego solus mundavi cor meum: 25 & lavi manus meas in munditia. 26 Et fui 14 percussioni toto die. 27 & increpatio mea (fuit) mane.

15 [28] Si dixi, faciam
16 ſicut illi, † iniquitas
eſt in oculis meis.
17 [29] donec ingrediar
ſanctuarium Dei, [30]
& intelligam ulti-
18 num eorum. [31] Se-
cundum dolum eo-
rum, pones ijs. [32] &
deijcies eos cum ele-
19 vabuntur. [33] Quo-
modo fuerunt in ſtu-
porem ſubito? [34] de-
fecerunt & coſumpti
20 ſunt à terrore. [35] Sicu-
ti qui evigilat quum
vidit ſomniū: [36] Do-
mine in civitate ima-
ginem eorum ſper-
21 nes. [37] Et ego; ti-
muit cor meum, & re-
nes mei mutati ſunt.
22 [38] Et ego purus fui,
& non cognoſcens.
[39] jumentum fui te-
24 cum. [40] Conſilio tuo
conſolare me. [41] &
poſt gloriā tuam duc
25 me. [42] Quid eſt mihi
in cælo tecum. [43] &
quid volui in terra?

[28] ا أنا قلت واحد أحزانه
[29] ✣ حتى أدخل مقدس الله
وأعلم آخرتهم [30] : إنك
[31] ✣ تضعهم في مزالق تسقطهم
[32] : إلى الخراب بغتة
[33] ✣ كيف صاروا للدهش
: فنوا وهلكوا من الرعب
[34] كحلم من يستيقظ
[35] ✣ يا رب في مدينتك
: تحتقر صورتهم
[36] ✣ قد تقلقل قلبي
[37] ✣ وكليتاي تغيرتا
[38] : وأنا بسيط ولا أعلم
[39] ✣ صرت بهيمة عندك
[40] : وأنا معك دائما
[41] ✣ أمسكت بيدي اليمنى
[42] : بمشورتك تهديني
[43] ✣ وبعد إلى المجد تأخذني

[44] Quia tenuiſti ma- 23
num meam dexte-
ram. [45] Et defecit 26
cor meum, & caro
mea, & robur cordis
mei. [46] pars mea
in Deo eſt in ſecu-
lum. [47] Quoniam 27
ecce loginqui tui pe-
ribunt. [48] & per-
des omnes fornican-
tes à te, in ſeculum.
[49] Ego volui acce- 28
dere ad Deum. [50] bo-
num eſt mihi nomen
tuum Domine, fidu-
cia mea. [51] ut nar-
rem omnia mirabi-
lia tua.

[44] ✣ لأنك أمسكت بيدي اليمنى
[45] ✣ وفني لحمي وقلبي
[46] : وصخرة قلبي
✣ نصيبي الله إلى الدهر
[47] ✣ لأن هوذا المتباعدون عنك
[48] : يبيدون
✣ أهلكت كل من زنى عنك
[49] ✣ وأما أنا فالتصاق الله
[50] : خير لي
جعلت على السيد الرب توكلي
[51] : لأحدث بجميع أعمالك
✣ في أبواب بنت صهيون

PSAL. LXXIV.

Verſuum XLVII.

[1] DEus quare o- 1
blitus es noſtri,
in ſeculum? [2] & ro-
boraſti iram tuam, in
oves gregis tui? [3] Re- 2
cordare cœtus tui,
quem acquiſiviſti ab
antiquo. [4] & ſalvaſti
virgā hæreditatis tuæ.
[5] montem Tſijonis
iſtum, in quo habita-
ſti. [6] Eleva ſervos tuos 3

[1] ✣ لماذا يا الله رفضتنا إلى الانقضاء
: يدخن غضبك على غنم رعيتك
[2] ✣ اذكر جماعتك التي اقتنيتها منذ القديم
: التي فديتها لتكون سبط ميراثك
جبل صهيون هذا الذي سكنت فيه
[3] ✣ ارفع يديك إلى تلالها الدائمة
: كل ما عمل العدو في القدس
[4] : قد زأر مبغضوك في وسط محفلك
[5] ✣ جعلوا أعلامهم أعلام آيات
[6] ✣ كالذين يرفعون فؤوسا على أشجار الوعر

ſupra eos qui efferuntur ſupra nos robore.
7 omne quod malefacit hoſtis (eſt) in ſanctitatem tuam. 8
4 Gloriati ſunt hoſtes tui, in medio feſti tui.
9 fecerunt ſigna ſua ſi-
5 gna. 10 Et cognoviſti tanquam excelſus deſuper. 11 ſicuti denſum lignorum, ſecu-
6 ribus † ſciderunt portas, 12 pariter bipennibus, & ſecuribus.
7 13 Projecerunt & combuſſerunt igne ſanctuarium tuum. 14 & polluerunt in terra habitaculum nominis
8 tui. 15 Et dixerunt in corde ſuo, Perdamus eos pariter: 16 & perdamus omnia feſta Dei è terra. 17
9 Signa ſua non viderunt. 18 non eſt ultrà propheta. 19 & etiam non eſt nobiſ-
10 cum ſapiens. 20 Vſque quo Deus,

21 probris afficit hoſtis? & blaſphemat nomen tuum in ſeculum? 22 Quare re- 11
duxiſti manum tuam, & dextram tuam è medio feſti tui? 23
Deus noſter, Rex eſt 12
in ſecula, 24 qui fecit ſalutem in medio terræ. 25 Tu 13
fortitudine tua complanaſti mare; 26 & confregiſti capita cetorum, in aquis. 27
Tu contriviſti capita 14
Leviathanis: 28 & dediſti eum cibum populo forti. 29 Tu 15
rupiſti fontes in vallibus: 30 tu ſiccaſti fluvios fortes. 31
Tuus eſt dies, & tua 16
eſt nox. 32 tu præparaſti lumen, & ſolem. 33 Tu ſtatuiſti 17
omnes limites terræ. 34 æſtas & hyems, tu creaviſti ea.

PSAL. LXXV.

Versuum XXII.

1 CONFESSI sumus tibi Deus: 2
2 confessi sumus tibi,
& invocavimus nomen tuum; 3 ac nar-
ravimus omnia mirabilia tua. 4 Quoniam 3
accipiam tempus: &
ego in rectitudine judicabo. 5 Humilia- 4
bitur terra, & omnes
habitatores ejus. 6 tu
direxisti incolas ejus. 5
7 Tu dixisti insanis,
ne insaniatis: 8 & 6
impijs, ne exaltate
cornu: 9 Neque
extollite in excelsum
cornu vestrum, 10 &
loquamini collo ele- 7
vato. 11 Quoniam
non est exitus ab oc-
cidente, 12 neque
à deserto montium. 8
13 Nam Deus est ju-
dex. 14 hunc de-
primit, & hunc ex-
altat.

18 35 Memento, Domine, opprobrij hostis. 36 populus stultus blasphemavit nomen tuum. 37 Ne
19 desfractioni animam, quæ confitetur tibi: 38 & animarum pauperum tuorum ne obliviscaris, in secu-
20 lum. 39 Respice Domine in pactum tuum; 40 quia repleta sunt habitacula terræ tenebris, &
21 iniquitate. 41 Ne fedeat pauper confusus. 42 miser, &
22 pauper, laudent nomen tuum. 43 Surge Deus, & judica judicia tua: 44 &
23 memento probri tui, quod (est) à stultis omni die. 45 Et ne obliviscere vocis hostium tuorum. 46 & timor eorum qui surgunt contra te, 47 (est) qui ascendit in omni tempore.

9 [15] Quia calix (eſt) in manu Domini, [16] & implevit mixtionem ejus vino turbido. [17] inclinavit eum, ab hoc ad hunc. [18] fæcem ejus exprimet, & bibent omnes impij terræ. 10 [19] Et ego vivam in ſeculum. [20] & pſallam Deo Iaacobi. 11 [21] Atque omnia cornua impiorum confringam. [22] & exaltabuntur cornua juſtorum.

PSAL. LXXVI.

Verſuum XXII.

2 [1] NOTVS eſt in Iehuda Deus, [2] & in Iſraele magnum eſt 3 nomen ejus. [2] Erit in Shalim tabernaculum ejus; [4] & habitaculum ejus in 4 Tſijone. [5] Illic confregit brachia arcuum, [6] arma & gladium in bello. [7] Illuſtris es, & laudatus, præ monte tuo potente.

5 [8] Conturbati fuerunt omnes ſtulti corde, [9] & dormiverunt ſomnum ſuum viri potentes. [10] & non invenerunt manus ſuas, † ab increpatione tua, Deus Iaacobi. [11] dormitarunt vecti equis † & 8 tu terribilis es. [12] quis ſtabit coram te in hac ira? [13] E cælo audire feciſti judicium. [14] terra vidit, & timuit. [15] Cum 10 ſurgit Deus ad judicandum, [16] & ad ſervandum omnes pauperes terræ. [17] Propterca quod cogitatio filij hominis confitebitur tibi: [18] & reliquum iræ ejus abrumpet indignationem. [19] Vovete, & 12 ſolvite Domino Deo veſtro. [20] omnes qui circumdant eum, afferant munera terribili. [21] Qui humiliat 13 ſpiritum Principum: [22] & terribilis eſt ſupra reges terræ.

PSAL. LXXVII.

Verſuum XLII.

1 Vox mea ad Deũ clamavi, & audivit me. 2 & ſuſtuli vocem meam ad eum, & reſpondit mihi. 3 In die anguſtiæ meæ Dominum quæſivi. 4 & manus ejus in nocte traxit me, & non quievi. 5 & non eſt conſolator animæ meæ. 6 Recordatus ſum, Deus, & conturbatus ſum. 7 & meditatus ſum, ac abreptus fuit ſpiritus meus. 8 Et prehenderunt me caligines, in oculis meis. 9 Obmutui, & non ſum loquutus. 10 Supputavi dies meos, qui ſunt ab antiquo, 11 & annorum qui à ſeculis ſunt recordatus ſum. 12 Meditatus ſum in nocte, & corde meo meditatus ſum; & perſcrutatus ſum ſpiritum meum, ac dixi. 13 In ſeculum obliviſcitur mei Dominus?

14 & non addit amplius bene velle mihi? 15 Aut in ſeculum removet benignitatem ſuam à me? 16 aut conſumit verbum ſuum in generationem generationum? 17 Aut obliviſcitur Deus miſereri? 18 aut reponit miſericordiam ſuam in ira ſua? 19 Dixi, quod infirmitas mea eſt. 20 & mutatio ſunt dextræ excelſi. 21 Quoniam recordatus ſum ab antiquo mirabilium tuorum. 22 Et meditatus ſum omnia facta tua. 23 & opera tua meditatus ſum. 24 Deus via tua ſancta eſt: 25 & non eſt qui magnus ſit ſicuti Deus noſter. 26 Tu es Deus, qui feciſti mirabilia: 27 & oſtendiſti in gentibus fortitudinem tuam. 28 Et ſalvaſti brachio tuo populum tuum; 29 filios Iaacobi & Ioſephi. 30 Viderunt te aquæ;

Deus. 31 viderunt te aquæ, & timuerunt: 32 etiam abyssi commotæ sunt.
18 33 Et nubes stillarunt aquas. 34 vocem dederunt cæli cælorum. 35 etiam sagittæ tuæ volant. 36
19 Vox tonitruum tuorum (est) in rota. 37 illuminarunt fulgera tua orbem. 38 contremuit, & mota
20 est terra. 39 In mari (est) via tua, & semitæ tuæ (sunt) in aquis multis. 40 & vestigia tua non sunt
21 cognita. 41 Duxisti populum tuum sicuti pecus, 42 manu Mosis & Aharonis.

PSAL. LXXVIII.

Versuum CLII.

1 2 POPVLE mi auscultate legem meã, & obedite: 2 & inclinate aures vestras
2 3 ad verba oris mei. 3 Ecce enim aperiam os meum parabolis, 4 & dicam ænigmata

quæ (sunt) ab antiquo. 5 Illi qui audi- 5
verunt, sciverunt ea. 6 etiam ea quæ patres nostri narraverũt nobis. 7 Vt non celemus à filijs eorum: 4
8 sed generationi ultimæ narremus, 9 laudes Domini & fortitudinem ejus, 10 & mirabilia ejus quæ fecit. 11 Qui suscita- 5
vit testimonium in Iaacobo; 12 & legem suam posuit in Israele. 13 quæ præcepit patribus nostris,
14 ut (ea) indicarent filijs suis, 15 ut co- 6
gnoscerent; generationi (inquam) novissimæ. 16 filij qui nascuntur, & surgunt, 17 narrabunt filijs suis. 18 Vt sit 7
spes eorum in Deo;
19 & non obliviscantur operum Dei.
20 & mandata ejus custodiant. 21 Et 8
non sint sicuti patres eorum, 22 generatio prava,

& irritans [23] generatio quæ non præparavit cor ſuum; [24] & non credidit in Deum ſpiritus ſui. 9 [25] Filij Ephraijmi, qui tetenderunt funem, & jecerunt arcu, [26] & verterũt ſe in die 10 conflictus. [27] Cum non cuſtodierint pactum Dei, [28] & in lege ejus non voluerint ambulare. 11 [29] Ac obliti ſunt operum ejus, & mirabilium ejus [30] qui oſtendit 12 ea, † coram patribus eorum; [31] qui fecit mirabilia in terra Aegypti. [32] & in agris 13 Tſoanis. [33] Rupit mare, & tranſire fecit eos. [34] & fecit ſtare aquas tanquam in 14 utribus. [35] Duxit eos in die, nube, [36] & tota nocte, lumine ignis. 15 [37] Rupit petram in deſerto, [38] & bibere dedit ijs tanquam ex

voragine magna. [39] 16 Eduxit fluenta ex petra: [40] & fluxerunt aquæ ſicuti flumina. [41] Et addiderunt rurſus populus ad peccandum, [42] & ad murmurandum contra excelſum, in ſiti. [43] Et tentaverunt 18 Deum in corde ſuo. [44] petendo cibum animabus ſuis. [45] Et 19 murmurarunt contra Deum, & dixerunt, [46] An poteſt Deus pręparare nobis menſam in deſerto? [47] Si 20 percuſſerit petram, & fluxerint aquæ, & torrentes fluxerint? [48] An etiam panem poteſt dare nobis? [49] aut parare cibum populo ſuo? [50] Pro- 21 pter hoc audivit Dominus, & iratus eſt, [51] & ignis accenſus eſt in Iaacobo. [52] etiam ira aſcendit in Iſraele.

53 Quia non crediderunt in Deo : 54 neque ſperaverunt in ſalute ejus.

SECTIO.

55 Et mandavit nubibus deſuper; 56 & januæ cœlorum aperæ ſunt. 57 Demiſit ipſis Manna ad edendum : 58 & panem cœli dedit ipſis. 59 Panem Angelorum edit filius hominis, 60 & venationem miſit ijs ad ſaturitatem. 61 Demiſit ventos in cœlo : 62 & duxit fortitudine ſua Auſtrum. 63 Demiſit ipſis carnem ſicuti pulverem, 64 & ſicuti arenam marium volucre alatum. 65 Et ceciderunt in caſtris eorum circa habitacula eorum. 66 Comederunt & ſaturati fuerunt valde. 67 & deſiderium eorum dedit ipſis. 68 Et non ſeparati ſunt à deſiderio ſuo. 69 & adhuc

cibus eorum in ore eorum. 70 Ira Dei aſcendit in eos. 71 & occidit de divitibus eorum. 72 & electos Iſraelis fecit genuflectere. 73 Et in his ōnibus peccaverunt. 74 & iterum non crediderunt mirabilibus ejus. 75 Conſumpti ſunt in vanitate dies eorum ; 76 & anni eorum celeriter. 77 Quum occideret eos quærebant eum : 78 revertebantur contendentes ad eum. 79 Recordati ſunt quod Deus eſſet adjutor eorum ; 80 Deus excelſus liberator eorum. 81 Dilexerunt eum ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei. 82 Cor ſuum non direxerunt cum eo, neque crediderunt pacto ejus. 83 Et ipſe miſeretur, & remittit peccata, & non perdit.

[84]multiplicat avertere
iram ſuam, [85] & non
ſuſcitat omnem furo-
39 rem ſuum. [86] Re-
cordatus eſt quod ca-
ro ipſi: [87] ſpiritus qui
abit, & non reverti-
40 tur. [88] Ipſi exacerba-
runt eum in deſerto:
[89] & irritaverunt eum
41 in ſolitudine. [90] Et
reverſi ſunt ac tenta-
verunt Deum, [91] &
ſanctum Iſraelis pro-
42 vocarunt. [92] Neque
recordati ſunt manus
ejus, diei qua libera-
vit eos ab anguſtia-
43 tore. [93] Qui fe-
cit in Aegypto ſigna
ſua, [94] & mirabilia
ſua in campis Tſoan.
44 [95] Qui convertit flu-
vios eorum in ſan-
guinem, [96] & flu-
enta eorum; ne bi-
45 berent aquas. [97] Mi-
ſit in eos varieta-
tem reptilium, & edit
eos: [98] & ranas, &
perdiderunt eos. [99]
46 Dedit locuſtæ fru-
mentum eorum: &
laborem eorum, Bru-
47 cho. [100] Fregit

grandine vineas eo-
rum: [101] & ficus eo-
rum pruinâ. [102] Tra- 48
didit grandini jumen-
tum eorum: [103] &
poſſeſſionem eorum,
incendio. [104] Miſit in 49
eos furorem iræ ſuæ.
[105] furorem, iram, &
anguſtiam, [106] miſit
in manu Angeli ma-
li. [107] Et perrupit ſe- 50
mitas malas: [108] ne-
que prohibuit à mor-
te animas eorum,
[109] & beſtias eorum mor-
ti tradidit. [110] Occi- 51
dit omnes primoge-
nitos Aegypti: [111] ca-
put omnium libero-
rum eorum, in habi-
taculis Chami.

SECTIO.

[112] Portavit populum 52
ſuum ſicuti oves, [113]
& duxit eos ſicuti
gregem in deſerto:
[114] Habitare fecit eos 53
in fiducia, & non ti-
muerunt, [115] & ini-
micos eorum operuit
mare. [116] Duxit eos ad 54
terminum ſanctitatis

suæ : [117] ad hunc montem, quem acquisivit dextra ejus.
55 [118] Perdidit à conspectu eorum gentes, [119] & projecit eas fune hereditatis suæ : [120] & habitarunt in habitaculis eorum tribus
56 Israelis. [121] Tentaverunt & murmurarunt in Deum excelsum : [122] & testimonia ejus non custodierunt.
57 [123] Reversi sunt, & mentiti sunt, sicuti patres eorum : [124] & inversi sunt instar ar-
58 cus dolosi. [125] Et irritaverunt eum excelsis suis; [126] & sculptilibus suis æmulari fe-
59 cerunt eum. [127] Et audivit Deus, & iratus est, [128] & indignatus est valde contra Israe-
60 lem. [129] Et dereliquit habitaculum Shilo, [130] habitaculum quod posuit inter filios ho-
61 minis. [131] Dedit in captivitatem populum suum : & gloriam suam in manum

oppressoris. [132] Tradi- 62
dit populum suum in gladium, & negligens fuit ab hæreditate sua.
[133] Iuvenes eorum 63
comedit ignis: [134] & virgines eorum raptæ sunt. [135] Sacerdotes 64
eorum ceciderunt gladio, [136] & viduæ eorum non fleverunt.
[137] Evigilavit Domi- 65
nus instar dormientis: [138] & instar viri quem excussit vinum suum. [139] Per- 66
cussit hostes suos post se: [140] & opprobrium seculi dedit eos. [141]
Reprobravit habita- 67
culum Iosephi, [142] & de tribu Ephraimi non cogitavit. [143]
Elegit tribum Iehu- 68
dæ: [144] montem Tsijonis quem dilexit.
[145] Aedificavit super 69
excelso sanctuarium suum: [146] & in terra fundavit illud in seculum.

70 147 Elegit Davidem
servum suum : 148
& eduxit eum à gre-
71 ge ovium. 149 Et à
posteriori ovium su-
gentium : 150 ad pa-
scendum Iaacobum,
populum suum, &
Israelem hereditatem
72 suam. 151 Et pavit eos
in integritate cordis
sui: 152 & intelligen-
tiâ manuum suarum
duxit eos.

PSAL. LXXIX.

Versuum XXIX.

1 1 DEUS, intra-
verunt gentes
in hereditatem tuam,
2 & polluerunt tem-
plum tuum sanctum.
3 fecerunt Hieroso-
2 lyma deserta. 4 De-
derunt cadavera ser-
vorum tuorum escam
volatili cœlorum, 5
& carnem justorum
tuorum bestiæ terræ.
3 6 Et fuderunt sangui-
nem eorum instar a-
quæ circum Hieroso-
lyma, & non fuit qui
4 sepeliret. 7 Fuimus
opprobrium

vicinis nostris: 8 sub-
sannatio, & derisio ijs
qui circùm nos sunt.
9 Vsquequo irasceris 5
Domine in seculum?
10 & ardet sicuti ignis
ira tua? 11 Effunde 6
iram tuam super gen-
tes, eas quæ non no-
verunt te, 12 & super
regna quæ in nomi-
ne tuo non invoca-
runt. 13 Propterea 7
quod comederunt la-
acobum, & habitatio-
nem ejus desolave-
runt. 14 Ne memi- 8
neris nobis peccato-
rum priorum. 15 ce-
leriter præveniat nos
misericordia tua. 16
propterea quod hu-
miliati sumus valde.
17 Adjuva nos Deus 9
salvator noster 18 pro-
pter gloriam nominis
tui: 19 parce nobis,
& libera nos à pecca-
tis nostris propter no-
men tuum. 20 Vt non 10
dicant gentes, Vbi
Deus eorum? 21 co-
gnoscatur in gentibus
ad oculos nostros,
22 ultio sanguinis

servorum tuorum qui
11 effusus est. 23 Ingrediatur coram te gemitus vincti. 24 per magnitudinem brachij tui solve filios à mor-
12 te. 25 Et retribue vicinis nostris unum per septem in sinu eorum. 26 probrum (ijs) qui probro affecerunt
13 te Domine. 27 Et nos populus tuus, & oves pascuę tuæ, 28 confitebimur tibi in seculū, 29 & in generationem generationū prędicabimus mirabilia tua.

PSAL. LXXX.

Versuum XL.

2 1 PASTOR Israelis ausculta, 2 & ducens tanquam oves Iosephum : 3 sedens super Cherubinis appare. 4 Coram Ephraimo & Benjamino &
3 Manasse : 5 ostende fortitudinem tuam & veni ad salutem nostram. 6 Deus fortis
4 converte nos, 7 & illustra faciem tuam ac
5 servabimurs 8 pomine

Deus fortis, 9 usquequo irascéris tu contra
6 orationem servi tui. 10 Comedere fecisti eos panem in lachryma, 11 & potavisti eos lachryma. 12
7 Fecisti nos sollicitudinem vicinis nostris, 13 & inimici nostri deriserunt nos. 14 Deus
8 fortis converte nos, 15 & illumina faciem tuam, ac servabimur.
9 16 Vitem eduxisti ex Egypto ; 17 perdidisti gentes, & plantavisti eam. 18 Respexisti ad
10 eam, & plantavisti radicem ejus: 19 & impleta fuit terra ab ea.
11 20 Operti sunt montes, ab umbra ejus : 21 & rami ejus super cedris Dei. 22 Extendisti palmites ejus usque ad mare ; 23 &
12 ad flumina propagines ejus. 24 Quare
13 dirupisti sepem ejus, 25 & conculcarunt eam omnes transeuntes viam ?

14 [26] Et edit eam porcus sylvæ: [27] & bestiæ deserti depastæ
15 sunt eam. [28] Deus fortis revertere: [29] respice de cœlo, & vide, [30] ac visita vitem
16 istam. [31] Et vineam quam plantavit dextra tua: [32] & filium hominis quem robo-
17 rasti tibi. [33] Incenderunt igne ramos ejus; [34] ab increpatione faci ei tuæ peribunt. [35]
18 Sit manus tua dextera super viro: [36] & super filio hominis quem
19 roborasti tibi. [37] Non recedemus à te, [38] sed vivifica nos, & in nomine tuo invoca-
20 bimus. [39] Domine Deus fortis converte nos: [40] & illumina faciem tuam, ac servabimur.

PSAL. LXXXI.

Versuum XXXIV.

1 [1] LAVDATE Deum fortitudinē nostram, [2] & clamate Deo Iaacobi.

3 [3] Sumite tympana, & citharas, [4] & jucunda, cum citharis.
4 [5] Vociferamini cornibus in principio lunarum; [6] & in solemnitatibus, in diebus festorum. [7] Quia statutum est Israeli, [8] &
5 judicium Deo Iaacobi. [9] Testimonium
6 ejus, in Iosepho posuit illud, [10] cum egressus est in terram Egypti: [11] linguam quam non noverat,
7 audivit. [12] Removi jugum ab humero ejus: [13] & manus ejus à vinculis solvi. [14]
8 In angustia invocavit me, & erui eum; [15] & abscondi eum in tabernaculo meo laudato, [16] & probavi eum in aquis litigij.
9 [17] Audi popule mi, & loquar, [18] & Israel, testificabor in te, [19] si audias me, non
10 erit tibi Deus alienus.

20 & non adorabis
11 numen aliud. 21 Ego
sum Dominus Deus
tuus, 22 qui ascendere
feci te ex terra Egypti.
23 aperi os tuum, &
12 implebo illud. 24 Et
populus meus non
auscultavit voci meæ;
25 & Israel non fuit
contentus redditus à
13 me. 26 Sed ambula-
runt in voluntate cor-
dis sui, 27 & in consi-
14 lio animæ suæ. 28 Si
populus meus ausculta-
sset mihi, & Israel
in vijs meis ambulas-
15 set: 29 Ad parum per-
didissem hostes co-
rum, 30 & contra ini-
micos eorum vertis-
sem manum meam.
16 31 Osores Domini
mentiti sunt ei, 32 &
fuit commotio eo-
17 rum in seculum. 33
Et cibavit eum adi-
pe frumenti: 34 & de
petra, melle saturavit
eum.

PSAL. LXXXII.

Versuum XVI.

1 DEus stetit in
congregatione
Angelorum; 2 & in
medio angelorum ju-
dicabit. 3 Vsquequo
judicatis iniquitatem?
4 & facies impiorum
suscipitis? 5 Iudicate
3 pupillis, & miseris.
6 & pauperes, atque
afflictos justificate.
7 Eripite pauperes &
4 miseros à manu im-
piorum. 8 Quia non
5 sciverunt neque intel-
lexerunt, 9 qui in te-
nebris ambularunt.
10 & commota sunt
omnia fundamenta
terræ. 11 Ego dixi
6 quod dij vos, 12 &
filij Excelsi omnes
vos. 13 Nunc sicu-
7 ti filij hominis mo-
riemini, 14 & sicuti
unus ex principibus
cadetis.

8 [15] Surge Domine & judica terram. [16] quoniam tu hæreditabis omnes gentes.

PSAL. LXXXIII.

Verſuum XXXIV.

2 [1] DEUS quis eſt
qui aſſimiletur
tibi: [2] ne taceas, & ne
3 quieſcas Deus, [3] Quoniam ecce inimici tui tumultuantur, [4] & odio habentes te extulerunt caput,* contra
4 populum tuum. [5] In caliditate ſua machinati ſunt ſecretum:
[6] & conſultarunt contra ſanctos tuos, * ac
5 dixerunt. [7] Venite perdamus eos de gente. [8] & non memorabitur porro nomen
6 Iſraelis. [9] Quoniam conſultarunt corde ſuo pariter. [10] & contra te erexerunt fœdus. [11] Habitaculum
7 Edomi & Arabum, [12] & Moabi, & Hagharenorum.

[15] صعد كرسا وديصا ٨
لاوحا : [16] صهلا وإنا ٧لاوز ٧
حدكصو تصصحا ✣

PSALMUS LXXXIII.
Verſuum XXXIV.

[1] كرسا صنه ووصاكر : ١
[2] لا ٧صصو ولا ٧صلا كرسا ✣ ٢
[3] صهلا وإنا حدكصصر ٣
صصفوصص : [4] صصسامر ٤
أوصصه وصا حلا حصكر :
[5] حسنحصو٧صو صصكصه ٥
ولا : [6] ولا ٧صحكصه حلا ٦
صوصصصر ولاصو : [7] ٧٥ نصصح ٧
لاو [8] : ولا صكح حصصا
نصوح ٧٥ح صصكر ٨
إسصاسا ✣ [9] صهلا وإ٧لاوصه ٩
حكصصو اصسا : [10] صحكصو ١٠
اصصكه صصصا : [11] صصصسا ١١
إوصصر ووحصحصا :
✣ أوصصاك ووصاصو [12] ١٢

[13] ٧صصصا وحصصصا [13]
٨صصكصصو : [14] ووحصكصصو [14]
حصكصصو ووصصصا ✣ [15] اح ٧٥وصا [15]
ووصو : [16] ووصكصو اصكصو [16]
حصوصا كحتر كصصكر ✣
[17] حصكصو اسر ووكصصر [17]
اسر : [18] اصصصكصوا [18]
ووكصصر حسسلا وصصصو ✣
[19] ٧اصصصه حصصصوه [19]
✣ اصسا حافصا ووصو
: [20] صصصوصر اصصو [20]
اسر ووكصوصصو اسر [21]
: صصصر ووكصصو اسر اصصر
[22] حصصو صصصصصصصا [22]
ووصاصصا : [23] ٧اصصو ✣ [23]
حصصصا ووكصصر ✣ [24] [24]
اصصو اسر ووصصصا
صصصا ووصاصو [25] ✣ [25]
: [26] ووصاصصا صصصا [26]
✣ ٧٥صصصا ووصصصا ٧صصصو

[13] Fines Ammonis, & Amaleci, [14] & Palæſtinorum cum habitantibus Tyri. [15] Etiam Aſſur conſenſit cum ijs, [16] & fuerunt auxilio filijs Lothi.
[17] Fac ijs ſicuti Midiani, & ſicuti Siſræ, [18] & ſicut Nabino in valle Kishon. [19] Qui deleti ſunt in Indor, & fuerunt ſtercus in terra. [20] Dele eos, & perde eos: [21] ſicuti Orib & ſicuti Zib, & ſicuti Zebah, & ſicuti Tſalmuna: [22] omnes principes eorum qui dixerunt. [23] Hęreditemus nobis civitatem Dei. [24] Deus fac eos ſicuti rotam, & ſicuti feſtucam ante ventum. [25] Et ſicuti ignem relictum in ſilva. [26] & ſicuti flãmam quæ conflagrat montes.

16 [27] Sic perſequere eos tempeſtatibus tuis, [28] & turbinibus tuis
17 terre eos. [29] Imple facies eorũ ignominia: [30] ut quærant nomen
18 tuum Domine. [31] Pudefiant & conturbentur in ſeculum ſeculorum: [32] erubeſcant
19 & pereant. [33] Et cognoſcãt quod nomen tui ſolius Domine, [34] excelſum eſt in tota terra.

[27] וכן תרדפם בסערתך ובסופתך תבהלם׃ [28] מלא פניהם קלון ויבקשו שמך יהוה׃ [29] יבשו ויבהלו עדי עד ויכלמו ויאבדו׃ [30] וידעו כי שמך יהוה לבדך עליון על כל הארץ׃ [31] יבשו ויאבדו עדי עד ויכלמו ויאבדו׃ [32] וידעו כי שמך יהוה לבדך׃ [33] עליון על כל הארץ׃ [34] וכן תרדפם בסערתך

PSAL. LXXXIV.

Verſuum XXVI.

2 [1] QUAM dilecta (ſunt) habitacula tua Domine fortis. [2] Expectavit anima mea, & deſideravit ad atria Domini.
3 [3] cor meum & caro mea laudabunt Deum vivum. [4]
4 Etiam paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum: [5] enutriverunt pullos ad latus

למנצח על הגתית לבני קרח מזמור׃ [2] מה ידידות משכנותיך יהוה צבאות׃ [3] נכספה ואף כלתה נפשי לחצרות יהוה לבי ובשרי ירננו אל אל חי׃ [4] גם צפור מצאה בית ודרור קן לה

altaris tui Domine fortis. [6] Rex mi & Deus mi,* Beatitudi- 5
nes ſuæ ſunt ijs qui habitant in domo tua, [7] & laudabunt te in ſe-
culum. [8] Beatitudines 6
ſuæ ſunt filio hominis cujus tu es adjutor, [9] & ſemitæ tuæ in
corde ejus. [10] Tranſie- 7
runt in vallem fletus, & fecerunt eam domum habitationis. [11] etiam benedictione operietur ponens legem. [12] Diſcedent à 8
virtute ad virtutem, [13] & videbitur Deus deorum in Tſijone. [14] Domine Deus fortis 9
audi orationem meã, [15] & auſculta Deus Iaacobi. [16] Et vide tu 10
Deus adjutor noſter, [17] atque aſpice facies unĉti tui. [18] Quoniam 11
bonus eſt unus dies in atrio tuo præ mille;

[6] אשר אילופיך בלבבם׃ [7] עברי בעמק הבכא מעין ישיתהו גם ברכות יעטה מורה׃ [8] יהלכו מחיל אל חיל יראה אל אלהים בציון׃ [9] יהוה אלהים צבאות שמעה תפלתי האזינה אלהי יעקב סלה׃ [10] מגננו ראה אלהים והביט פני משיחך׃ [11] כי טוב יום בחצריך מאלף בחרתי הסתופף בסף בית אלהי מדור באהלי רשעה׃

19 elegi habitare in
domo Dei, 20 magis
quam habitare in ha-
12 bitaculo impiorum.
21 Quoniam consola-
tor noster, & auxilia-
tor noster Dominus
est Deus. 22 miseri-
cordiam & gloriam
dabit Dominus,
23 neque prohibebit
bona sua, 24 ab ijs
qui ambulant in in-
13 tegritate. 25 Domine
Deus fortis, 26 beati-
tudines suæ (sunt) fi-
lio hominis, qui spe-
rat in te.

PSAL. LXXXV.

Versuum XXV.

2 1 COMPLACVI-
STI Domine
in terra tua, 2 & con-
vertisti captivitatem
3 Iacobi. 3 Remisisti
ei iniquitatem suam
populo tuo, 4 & ope-
ruisti omnia peccata
4 eorum. 5 Transire
fecisti omnem iram
tuam,

6 & convertisti iram
indignationis tuæ.
7 Converte nos Deus 5
salvator noster, 8 &
irritam fac indigna-
tionem tuam à nobis.
9 Neque in seculum 6
irascaris contra nos,
10 & ne custodi in-
dignationem tuam in
generationem gene-
rationum 11 Verum 7
tu converte nos, &
vivifica nos, & popu-
lus tuus lætabuntur in
te. 12 Ostende nobis 8
Domine benignita-
tem tuam, & salutem
tuam da nobis. 13 Vt 9
audiamus quid loqua-
tur Dominus Deus
noster. 14 quia loqui-
tur pacem cum popu-
lo suo, & cum justis
suis: 15 ut non conver-
tantur retrorsum. 16
Propinqua est salus 10
ejus timentibus eum.
17 habitabit gloria in
terra nostra, 18 Beni- 11
gnitas & veritas ob-
viaverunt mihi. 19 ju-
stitia & pax oscula-
buntur. 20 Fidelitas 12
germinabit de terra,
21 & justitia prospexit

13 de cœlo. 22 Etiam Dominus dabit bona
ſua, 23 & terra dabit
14 fructus ſuos. 24 Iuſtus coram eo ambulabit, 25 & ponet in terra greſſus ſuos.

PSAL. LXXXVI.

Verſuum XXXIII.

1 1 INCLINA Domine aurem tuam &
reſponde mihi. 2 quoniam pauper ſum &
2 miſer. 3 Cuſtodi animam meam, quoniam bonus es. 4 libera ſervum tuum,
3 tu Deus qui ſperat in te. 5 Miſerere ſuper me Domine. 6 quoniam ad te vocabo in
4 omni die. 7 Lætifica animam ſervi tui. 8 quoniam ad te Domine levavi animam
5 meam. 9 Quoniam tu Domine bonus es, 10 & multa(eſt)benignitua erga omnes qui
6 invocant te. 11 Auſculta Domine

orationem meam, 12 & audi vocem clamoris mei. 13 In die anguſtiæ meæ invocavi te, & reſpondiſti mihi. 14 Non eſt ſicuti tu Domine Deus: & non eſt ſicuti opera tua. 15 Omnes gentes quas feciſti, 16 venient & adorabunt te Domine, 17 & laudabunt nomen tuum, *Propterea quod magnus es tu: 18 faciens es mirabilia tu Deus ſolus. 19 Oſtende mihi Domine viam tuã & ambulabo in veritate tua. 20 Lætabitur cor meum in ijs qui timent nomen tuum. 21 Confitebor tibi Domine Deus mi, ex toto corde meo, 22 & celebrabo nomen tuum in ſeculum. 23 Propterea quod benignitas tua multa fuit erga me, 24 & eruiſti animam meam è fovea inferiori. 25 Deus improbi ſurrexerunt contra me:

26 & congregatio potentum quæſiverunt animam meam, neque recordati ſunt tui.
15 27 Et tu Domine Deus es miſericors & clemens : 28 longus ſpiritu, & multus benignitate, ac veritate.
16 29 Reſpice ad me, & miſerere ſuper me : 30 da virtutem ſervo tuo, & ſalva filium
17 ancillæ tuæ. 31 Fac mecum ſignum bonum : 32 ut videant odio habentes me & pudefiant, 33 quia tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.

PSAL. LXXXVII.

Verſuum XIII

1 1 FVNDAMENTA ejus in monte
2 ejus ſancto. 2 Dilexit Dominus portas Tſijonis, 3 magis quam
3 omnia habitacula Iaacobi. 4 Glorioſa locutæ ſunt in te civitas Dei noſtri.
4 5 Commemorabo

Rachab & Babel noſcentes me. 6 ecce Philiſtæi & Tyrus & populus Aethiopum. 7
iſte natus eſt ibi. 5 Et 5
Tſijoni dictum eſt : 9 vir potens natus eſt in ea, & ipſe firmavit eam. 10 Dominus nu- 6
merabit in ſcriptura populos. 11 iſte natus eſt ibi. 12 Magni 7
qui habitant in te lætabuntur, 13 & omnes qui humiliati ſunt in te.

PSAL. LXXXVIII.

Verſuum XXXIIX.

1 1 DOMINE Deus ſalutis meæ, 2 2
interdiu clamavi, & in nocte coram te. 3
Ingrediatur coram te 3
oratio mea, 4 & inclina aurem tuam ad petitionem meam. 5
Quoniam ſaturata eſt 4
anima mea malis. 6 & vitæ meæ ad ſepulchrum pervenerunt.

7 [7] Reputatus sum cum
descendentibus in fo-
veam. [8] & fui sicuti
vir cui non est auxi-
6 lium. [9] Inter mortuos
filius liberi. [10] sicuti
occisi qui jacent in
sepulchris. [11] illi quo-
rum amplius non es
recordatus: [12] & ipsi
à manibus tuis perie-
7 runt. [13] Descendere
fecisti me in foveam
inferiorem, [14] in te-
nebras, & in umbras
8 mortis. [15] Et super me
fulta est ira tua, [16]
& omnes fluctus tu-
os venire fecisti super
9 me. [17] Elongasti à me
notos meos, & feci-
sti me ipsis immun-
ditiem. [18] prohibitus
fui ut non egrederer.
10 * Et oculus meus
doluit à contritione
mea. [19] invocavi te
Domine in omni die:
[20] & extendi manus
11 meas ad te. [21] Ecce
mortuis faciens es mi-
rabilia:

[22] & potentes resur-
gent, & confitebun-
tur tibi. [23] Et narra- 12
bũt qui in sepulchris
benignitatem tuam:
[24] & fidelitatem tuam
in perditione. [25] Co- 13
gnoscetur in tenebris
mirabile tuum. [26] &
justitia tua, in terra
oblivioni traditâ. [27]
Et ego ad te Domine 14
clamavi: [28] & ma-
nè oratio mea acce-
det ad te. [29] Ne obli- 15
viscere animæ meæ
Domine, [30] & ne
averte facies tuas à
me. [31] Miser ego sum, 16
& defatigatus, à pue-
ritia mea. [32] exaltatus
sum, & humiliatus
sum, atque obstupui.
[33] Et super me trans- 17
ijt ira tua, [34] & terror
tuus tacere fecit me.
[35] Circumdederunt 18
me sicuti aquæ toto
die, [36] & posuerunt
contra me pariter. [37]
Elongasti à me ami- 19
cos meos, & socios
meos, [38] & notos
meos removisti à me.

PSAL. LXXXIX.

Versuum C.

2 [1] BENIGNITATEM Domini in ſeculum pſallam : [2] & in generationem generationum notificabo fidelitatem ejus
3 ore meo. [3] Quoniam dixi quod ſeculum in benignitate ędificabitur, [4] & cœlum firmabit fidelitas tua. [5]
4 Fœdus pepegi electo meo, [6] & juravi Davidi ſervo meo. [7]
5 Quid uſque in ſeculum firmabo ſemen tuum, [8] & ædificabo in generationem generationum thro-
6 num tuum. [9] Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine, [10] & fidelitatem tuam in cœtu ſanctorum.
7 [11] Quis æqualis eſt Domino in cœlis cœlorum? [12] & ſimilis Domino in filijs an-
8 gelorum? [13] Deus ſtetit in cœtu ſanctorum : [14] magnus & terribilis ſupra omnes eos

qui (ſunt) circum ipſum. [15] Domine 9
Deus fortis, [16] quis eſt ſicuti tu potens? [17] & fidelitas tua circum te. [18] Tu domi- 10
naris in elatione maris : [19] & perturbationem fluctuum ejus tu compeſcis. [20] Tu hu- 11
milias ſuperbos, tanquam occiſos. [21] brachio tuo forti diſperſiſti inimicos tuos. [22]
Tui ſunt cœli, & tua 12
eſt terra. [23] orbem cum plenitudine ſua tu fundaſti. [24] Aqui- 13
lonem & Auſtrum tu creaviſti, [25] Tabor & Chermon nomen tuum celebrant. [26]
Tuum eſt Brachium, 14
& tua eſt potentia. [27] roboretur manus tua, & exaltetur dextra tua. [28] In juſtitia 15
& judicio (eſt) præparatio

ſolij tui. 29 in benignitate, & in veritate præcedunt facies tuas.
16 30 Beatitudines ſuæ ſunt populo qui ſcit laudes tuas: 31 Domine, in lumine faciei tuæ ambulabunt. 32
17 Et in nomine tuo exultabunt omni die: 33 & in juſtitia tua
